



PETRI BEMBI
RERUM VENETARUM
HISTORIAE
LIBER III.



Erdinandus ubi Carolum Neapoli profectum cognovit, acceptis Messanæ militibus ad mille (ibi enim tunc erat) quos quidem civitas in vicini atque amici regis gratiam depenso trium mensium stipendio ei præsto esse jussit, navibus longis duodecim in Calabros trajecit, & Rheygium Crotonemque recepit: ac secundo cum Gallis pedestri facto prælio, imperfectis captisque compluribus, reliquos cum eorum duce in proximum oppidum compulit. ad quos cum auxilia undique convenissent, victus ab iis ingenti clade cum paucis Rheygium fugiens, uni saluti consuluit suæ. Idem autem paulatim se se confirmans, cum jam Gallorum imperii plerosque eorum, qui eos lubenti animo exceperant, magnopere pœniteret (nihil enim fere cujusquam neque sanctum, neque tutum ab illis erat)

1495
Ferdinan-
dus Neapo-
litanum re-
gnum reci-
pit.

H. Bembi.

F 3

cum